

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Antichristus i
cum fonte primo

In iudicio uel circa iudicium
has res dicimus esse uenturas,
Heliam Tesbiten, fidem Iudeorum,
antichristum persecuturum,
Christum uenturum et iudicaturum,
mortuorum resurrectionem,
bonorum malorumque direptionem,
mundi conflagrationem eiusdemque renouacionem.
Que omnia quidem uentura esse credendum est,
sed quibus modis et quo ordine uenient,
magis tunc docebit rerum experientia
quam nunc ad perfectum hominem
intelligencia ualet consequi.
Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt
ordine esse uentura.

Augustinus XX. de ciuitate Dei capitulo XXX.
scilicet ultimo.

In illo itaque iudicio uel circa illud iudicium
has res didicimus esse uenturas,
Helian Thesbiten, fidem Iudaeorum,
Antichristum persecuturum,
Christum iudicaturum,
mortuorum resurrectionem,
bonorum malorumque diremptionem,
mundi conflagrationem eiusdemque renouationem.
Quae omnia quidem uentura esse credendum est;
sed quibus modis et quo ordine ueniant,
magis tunc docebit rerum experientia,
quam nunc ad perfectum hominum
intellegentia ualet consequi.
Existimo tamen eo quo a me commemorata sunt
ordine esse uentura.

Augustinus Hipponensis, *De ciuitate Dei*, 20.30
(CCSL 48, B. Dombart ed., pp.757-8, ll.165-174).